UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd non oporteat ab hæreticis eulogias eccipere. ccix.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

tyria orationis cauſa vel ſanitatis accedere. Sed huiuſmo di, ſi fideles fuerint, certo tempore communione priuē. Pœnitentes autem & confitentes ſe deliquiſſe, conue nit ſuſcipi.

Quòd non oporteat ab hæreticis Eulogias accipere.
Caput CCIX.

Ex eodē, cap. 32. QVòd non oporteat ab hæreticis Eulogias accipe quæ ſunt maledictiones potius, quā benedictione

Quòd nullus Christianus ad pſeudomartyres ire debeat. Cap. CCX.

Ex eodē cap. 34. QVòd omnem Chriſtianum non oporteat deſer martyres Chriſti, & ire ad pſeudomartyres, ide hæreticorum, & quos ipſos conſtat hæreticos e titiſſe. Hi nanque alienati ſunt à Deo. Sint igitur anath ma qui ad tales acceſſerint.

Quòd non oporteat plebeios Pſalmos in Eccleſiā recitari. Cap. CCXI.

Ex eodē concilio, cap. 59. QVòd non oporteat plebeios Pſalmos in Eccleſia ci tari, nec libros præter canonem legi, ſed ſola sac volumina noui teſtamenti vel veteris.

De illis qui conuentus, qui ad confeßiones martyrum fiunt, abominantur. Cap. CCXII.

Ex conci. Antioch. cap. 20. SI quis ſuperbię vſus affectu, conuentus abominatur ad confeſsiones martyrum celebrantur, & miniſte quæ in eis fiunt, ſimul cum eorum memoriis execrat anathema ſit.

Vt victus ab exorciſtis energumenis in domo Dei ſedentibus adminiſtretur. Cap. CCXIII.

Ex cōcil. Cartha. cap. 91. ENergumenis in domo Dei ſedētibus victus quotidi nus per exorciſtas opportuno tempore miniſtretur

Vt ſacra vaſa non ab alus quàm à ſacris viris tractari debeant. Cap. CCXIIII.

Ex decre. Syxti papæ, cap. 49. COgnoſcat ſapientia veſtra fratres chariſsimi, quia hac ſancta apoſtolica ſede à nobis & reliquis epiſco pis, cæterisque domini ſacerdotibus ſtatutum eſt, vt ſac